Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 5.
AUTOGRAFY BIBLIOTEKI ZAKŁADU NARODOWEGO IM. OSSOLIŃSKICH

1170. Ossoliñski Józef M. Kwit na odbiór pieniędzy posagowych od Katarzyny Jabłonowskiej z Ossoliñskich 1785.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BRAKUJĄCE NUMERY AUTOGRAFÓW ZOSTAŁY PRZENIESIONE DO INNYCH ZBIORÓW LUB ZAGINEŁY

~~1169~~ 1170

Illustrissimus Josephus Maximilianus Comes de Tęczyn Ossolinski, in praesentia Testium ad Actum praesentem impetratorum, Suo et Successorum Suorum Nomine, pro quorum Ratihabitione cavet, et se praesentibus in forma Iuris quam plenissima inscribit; Agens; Sanus mente et Corpore existens, Recognovit. Quia Ipse Illustrissimam Catharinam de Comitibus Ossolinskie, Comitissam Iabłonowska, olim Illustrissimi Rochi Michaelis binominis Comitis Iabłonowski Castellani Wislicensis Consortem, derelictam Viduam, Ipsiusq Successores, de Summa Decem Millium Florenorum Polonicalium, sibi Recognoscenti in Meliorationem, et additamentum Expeditionis Muliebris, post Illustrissimam Theresiam Comitissam Iabłonowska, Suprafatae Illmae Comitissae Iabłonowska cum olim Illmo Comite Iabłonowski procreatam Filiam, ad praesens Sui Recognoscentis Consortem, Cotractu seu Intercisa Nuptiali de data in Wisniowa Die 16ta Septembris anno praesenti, inter se Recognoscentem ab Una, et Suprafatam Illustrissimam Comitissam Iabłonowska parte ab altera Conscripta, Manibus propriis, et Amicorum ac Testium subscripta, Sigillisq Gentilitiis communita, per ante dictam Illustrissimam Comitissam Iabłonowska ad Solvendum assecurata, nunc vero ad praesens realiter et in effectu exoluta, et enumerata; ad manusque Sui Recognoscentis percepta, et levata, quietat, emittit, et liberam facit perpetuo, et in Aevum, nihil Sibi Iuris, et praetensionis, respectu praemissae Summae reservando, et excipiendo. Praesentemque Quietationem intabulari permittendo, ob firmius Robur, una cum impetratis Testibus, circa Appositionem Sigilli Genuini, manu propria subscribit, Praecavendo quod praesens Impetratorum Testium subscriptio, nihil Eis, Successoribusq Eorum, nocere debeat. Datum in Wisniowa, Die Vigesima prima Mensis Septembris, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Octuagesimo, Quinto

Josephus Maximilianus Comes de Tęczyn Ossolinsky

Praesens huic Actui attestor.
Michaël Comes de Tenczyn Ossolinski

Praesentem quietationem sub impositione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] attestor Andreas Comes [illegible]

Qua

Intabuletur. Decr: ni Comt C Regii Fori Nobilium Leop 8va Mar 1786 ao

~~Ambros~~ Nowowiejsky

Praesens documentum apud C. R. Tabulas in lib. No. Quiet. 9. p. 238. ingrossatum, et in lib. Haered. 5. pag. 195. n. 1. in rubrica Extabulationis praenotatum est. Leopoli die 28. Martii 1786.

Joskutzky
Ingross.

Praes: 19 Febr 786

~~#~~ 4396.

1170

Litt. A

p. Demandski

In Libro Quietantiar: Tom. 9.
Pag. 238. Coll.

Taxa tabul: quiet: 1 fl 45 x
d[o] extabulat: 30
Summa 2 fl 15 x

Soluta die 23. Mart 786

Quied: nov: N. 20038

7/55

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.